UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historia Scholastica Magistri Petri comestoris sacre scripture seriem breuem nimis [et] obscuram elucidans

Petrus <Comestor>

Argentine, 1503

VD16 P 1829

De seditio[n]e inter iudeos [et] ge[n]tiles. ca. cxij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30892

Visual Library

rit ſtare cū alonge retro conſtitutꝰ eſſet preſes a claudio. Feſtꝰ aūt miſſus ē a nerone q̄ ſucceſſit claudio Si aūt intelligat̄ biēnio ab accuſatione pauli, nec ſic poterit ſtare. Non enim adhuc fluxerant duo anni ex quo venerat in hieruſalem Intelligendū eſt ergo biennio ab accuſatione felicis. ex q̄ ſcilicʒ accuſatus eſt a iudeis.

De ſeditione inter iudeos ꝛ gentiles.

Capl'm. CXII.

Rta eſt eniʒ diſ

o ſenſio inter iudeos ꝛ gētiles ī ceſarea ꝺ honore ciuilitatꝭ. Iudei cū preferebant ſe gentilibus. quia herodes aſcolonita q̄ circūciſionē accepit fuerat conditor ciuitatis. ꝛ appellauerat eā ceſaream in honorem ceſaris Gentiles ſe p̄ferebant iudeis dicentes ꝙ a gentilibꝫ facta eſt ṗmaria edificatio ciuitatꝭ. q̄ añ q̄ꝫ reedificaret̄ ab herode dicta eſt pirgo ſtratonis. Felix aūt ṗmo fouit partē iudeoꝝ. donec exhauſit marſupia eoꝝ. Poſtea fouit partē gētiliū. in tātū ꝙ militibꝫ gētiliū dedit licentiā intrandi domos iudeoꝝ. et diripiendi bona eoꝝ. Vñ accuſatꝰ ē a iudeis ad neronē. ꝛ biennio ab accuſatione amotꝰ ē a p̄ſidatu et ſubſtitutꝰ ē ei feſtꝰ. Volēs aūt in fine preſidatꝰ ſui placere iudeis: reliq̄t paulū vinctū. Feſtꝰ aūt cū veniſſet in ꝓuinciā poſt triduū aſcendit hieroſolymā a ceſarea. et rogauerūt eū ṗncipes ſacerdotū et primi iudeoꝝ vt iuberet adduci paulū in hierl'm parātes ei īſidias vt occideret eū in via. Feſtus aūt r̄ndit ſe in ceſaream maturꝰ deſcenſuꝝ. ꝛ eoꝝ accuſationē ſi ṗiter deſcēderent ibidē auditurū.

De appellatione pauli.

Capl'm. CXIII.

Emoratus auteʒ

d feſtꝰ in hierl'm paucis diebꝫ deſcēdit in ceſareā ꝛ ſedit ꝓ tribunali. ꝛ ꝑducꝰ eſt paulꝰ in mediū. ꝛ accuſatꝰ eſt in mltis ab his q̄ deſcenderāt de hierl'm. ſʒ nō poterāt ꝓbare q̄ obijciebant̄ ei. paulo in oībus rōnem reddente. Feſtꝰ aūt volēs placere iudeis ait paulo. Vis aſcēdere in hierl'm. ꝛ de his iudicari apō me. Ad quē paulꝰ. Ad tribunal ceſarꝭ ſto. vbi opʒ me iudicari Erat aūt ſedes in ceſarea iuxta quā ſtabat paulꝰ. quā parauerat herodes ceſari vt ī ea ſederet ſiq̄n veniret ī ceſareā. vl' q̄s mitteret iudices Et excuſabat ſe paulꝰ dicēs. Iudeis nō nocui ſic noſti. Si q̄d dignū morte cōmiſi: volo mori. Si ꝟo nihil ꝯmiſi: nemo eſt q̄ audeat me tradere illis. q2 ceſarē appello Tūc feſtꝰ cū ꝯſilio reſpondens ait. Ad ceſarē appellaſti ad ceſarem ibis.

De hoc quod agrippa rogabat feſtum.

Capl'm. CXIIII.

T cum dies ali

e q̄t trāſacti eēnt. deſcēdit agrippa in ceſareā cū vxore ſua beronice Joſephus dīt de beronice. Nō eſt intelligendū. ꝙ fuerit vxor eiꝰ ſed q̄ſi vxor. Erat eīm ſoror eiꝰ. id eſt cognata ſ'm idioma hebreū. ꝛ tenerrime eā diligebat ꝛ imponebat̄ ei ꝙ abutebat̄ ea. Deſcēdit aūt rex agrippa ī ceſareā. audito ꝙ ibi eēt feſtꝰ vt accuſaret iudeos apud eū. Iſte nāq̄ꝫ agrippa infeſtus erat iudeis q2 cū accepiſſet poteſtatē a rhomano imperatore cōſtituendi ſummū ſacerdotem in hierl'm cōſtituebat eos ſacerdotes q̄ nō erant aaronite. Fecerat eīm in palatio ſuo feneſtrā eminentem. vnde poterat videre q̄cūq̄ꝫ fiebāt in templo ſacrificia. Qꝺ moleſte ſuſtinentes iudei fecerant oppoſitū murū feneſtre eminētiorē feneſtra. Venerat ergo ſpecialiter agrippa. rogaturꝰ feſtū vt muꝝ illū obrueret. Cauſam tñ deſcēſus agrippe in ceſaream. nō habes in hiſtoria actuū. ſed ioſephꝰ ſupplet.

Quomodo ꝑorauit paulus corā feſto ꝛ agrippa.

Capl'm. CXV.

Vnq3 deſcēdiſ

c ſet agrippa: honorifice receptꝰ ē a feſto. ꝛ cū ꝑ dies plures moram feciſſet cū eo cōſuluit eū q̄d faceret de paulo Et expoſita ei accuſatione iudeoꝝ cōtra paulū. reſpondit agrippa ſe velle videre paulum Altera die venerūt agrippa et beronice cum mlta ambitione. id eſt cū mlta turba eos ambiente. vel cū mlta ambitione. id eſt cū mltiplici apparatu. vel cū mlta ambitōe. id eſt cū multo deſiderio ambiendi paulū. Et cū introiſſet auditoriū cum tribunis ꝛ viris principalibus ciuitatis. iubente feſto adductus eſt paulus. ꝛ dixit feſtus. Agrippa rex ꝛ vos

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN